



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1780**

**VD18 90119193**

§. 59. Raynaldi Estensis Cardinalis obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](#)

Laudunensem Episcopum ac Galici Sæc. XVII.  
 Oratoris Fratrem, assignato titulo A.C. 1672.  
 SS. Trinitatis in Monte Pincio, nec-  
 non Joannem Everhardum Nidardum  
 Edeffensem Archiepiscopum & Hispani  
 Regis Oratorem die decima sexta Maij  
 Cardinales publice renuntiavit.

### §. LIX.

#### *Raynaldi Estensis Cardinalis obitus.*

Eadem die Raynaldus Estensis ex Mu- *Ughell. Ital.*  
 tinæ Principibus progenitus Romæ *sacra Old.*  
 decepsit. Hic post literarum politiorum *in addit ad*  
*Ciacon.* æque ac graviorum studia ab Urbano  
*Siri in Mers.*  
 VIII. Diaconus Cardinalis renuntiaba-  
 tur, qua dignitate auctus, præclara  
 Ecclesiæ præsttit obsequia: Vir enim  
 erat virtute, doctrina & pietate emi-  
 nens, natura comis, ingenio mitis,  
 in amicos sincerus, in omnes, præci-  
 pue literatos beneficus. Eapropter a  
 Clemente IX. plurium Congregationum  
 Patribus annumerari, aliisque offi-  
 ciis præfici promeritus est, ubi semper  
 se prudentem, & in dandis consiliis  
 circumspectum, necnon suæ sententiae  
 tenacem, in eaque pronuntianda libe-  
 rum exhibuit, adulantium Ofor, pro-  
 priæ gloriæ, opum ac vanitatis con-  
 temptor, atque eximius veritatis, &  
 castimoniæ cultor. Erat Romanis per-  
 charus,

Sæc. XVII charus, & Gallis oppido addictus: qua  
A.C. 1672. propter ab ipso Ludovico XIV. Rege  
in Abbatem Diæcesis Senonensis nomen  
minatus, Galliæ Patronum apud Se-  
dem Apostolicam gesit: Postea Ann.  
hujus saeculi sexagesimo nono Mensis  
Novembri in Lepidensem Episcopum  
inauguratus, hanc Ecclesiam abdi-  
vit, postquam a Galliarum Rege Mons-  
pessulanus Episcopus nominatus fuerat:  
obii autem annos natus quinquaginta  
quatuor.

## §. LX.

*Protestantium Hungarorum seditione  
contra Cæsarem & Catholicos.*

*Wagner vit.* Præcipuis Hungaricæ Rebellionis An-  
*Leopold.* ditoribus e medio sublati, Leopoldus  
*Han Pan.* dus Imperator, ut ipsas turbarum Te-  
*nov. p. 464.* novas evelleret, post crebras consulta-  
tiones Viennæ habitas tandem veterem  
Hungarici Regni statum immutare de-  
crevit, ac suppressis Palatini, Judicii  
Curiæ, Banni aliisque officiis, quoniam  
rum auctoritate rebellio aut cœpta ad  
promota fuit, subrogavit Regni Ge-  
bernatorem Casparum Ambrigenum  
Teutonicorum Equitum Magistrum, Ver-  
rum in Hungarorum mores mirificum  
factum. Huic insuper adjunxit e Vene-  
primariis Senatum, qui tamen in deci-  
dendis